

FRAN CISCVS PP

ad perpetuam rei memoriam.

✧ Quoniam Agnus, qui in medio throni est, pascet illos et deducet eos ad vitae fontes aquarum, et absterget Deus omnem lacrimam ex oculis eorum ~ Ap 7, 17 ~. Amor in Deum, etiamsi dolores passionesque non auferat, sicut Christus sua passione nobis patefecit, corroborat tamen firmioremque reddit hominum animum, illum praeparans ad caelestem beatitudi-

nem. Ideo Venerabiles Servi Dei Joannes a Jesu, O.C.D., eiusque Socii, conscii profecto arduorum tribulationum quibus essent occursuri, se ipsos libere obtulerunt, pro certo habentes brevi Dominum infinitam consolationem et laetitiam iisdem esse daturum.

1. Pater Joannes a Jesu ~ in saeculo:
Joannes Vilaregut Farré ~ natus est Tussonae die XIX mensis Augusti anno MCM-VII. Ingressus Ordinem Fratrum Discalceatorum Beatae Mariae Virginis de Monte Carmelo, die IX mensis Septembris anno MCMXXIII religiosam professionem emisit necnon die XIV mensis Junii anno MCMXXX presbyter ordinatus est. Nerdæ in conventu morans, fideliter vitam religiosam egit ac ministerium pastorale sedulo exercuit, sublimis et excellentes revelans spirituales divitias. Apprehensus et interfectus est in oppido ~ Almacelles ~, prope Nerdam, die XIV mensis Julii anno MCMXXXVI una

cum sodale su fratre Bartholomaeo. II.
Frater Bartholomaeus a Passione
~ in saeculo: Iosephus Oliva Vivé ~ natus
est in loco Pla de Cabra ~ Tarracone ~ die
XIV mensis Septembris anno MDCCCXCIV.
Post exemplari vita saeculari monaste-
rium Carmelitanum ingressus est XXIV
annos natus. Die XXV mensis Septembris
anno MCMXXI professionem religiosam
emisit. Sicut frater religiosus primum de-
stinatus est ad monasterium Badaloniae
ac deinde anno MCMXXVIII Ilerdae, ubi
variis fungebatur ministeriis, fuit coopera-
tor commentarii vocati Lluvia des Rosas,
iugiter attestans fidelitatem in religiosa
vita, caritatem et humanitatem. III. Pater
Silverius a Sancto Aloisio Gonzaga
~ in saeculo: Jacobus Peruchey Pontarró ~
natus est in oppido Corroncuy die XII mensis
Martii anno MDCCCLXIV. Ingressus Or-
dinem Fratrum Discalceatorum Beatae

Mariae Virginis de Monte Carmelo, anno MDCCCLXXXIII religiosam professionem emisit atque die XXI mensis Martii anno MDCCCLXXXVIII presbyter ordinatus est. Ob peculiare eius dotes munera graviora ac laboriosa ei commissa sunt. Ab anno MCMIV per quinquennium fuit in Cuba; ab anno MCMXIII usque ad annum MCMXXVII fuit magister novitiorum. Dicitur se praedicationi et directioni spiritus. Egit vitam sobriam et austeram, magna devotione erga Beatam Mariam Virginem de Monte Carmelo eminuit atque singulari caritate. Die XXIV mensis Iulii anno MCMXXXVI, mox post bellum intestinum ortum, a communistarum militibus apprehensus, viginti quinque dies in carcere detentus est, ubi prorsus clarum habuit quod ipsi inclementer eventurum esset. Attamen fortis animo fuit atque serenus, hortans et consolans socios suos in vinculis. Mane diei

XX mensis Augusti anno MCMXXXVI, apud
coemeterium Herdae occisus est una cum
circiter LXX Sociis, qui simul morti occur-
rerunt clamantes: ~ Vivat Christus Rex ~.
IV. Pater Franciscus ab Assumptione
B. M. V. ~ in saeculo: Franciscus Segalá
Solé ~ natus est in pago Montgay, Herdae,
die XXV mensis Maii anno MCMXII. Ingres-
sus Ordinem Fratrum Discalceatorum
Beatae Mariae Virginis de Monte Car-
melo, die VIII mensis Septembris anno M-
CMXXIX religiosam professionem emisit
necnon die XI mensis Aprilis anno MCM-
XXXVI presbyter ordinatus est. Excelluit
magna perspicuitate, pietate et caritate in
aegrotos. Tempore religiosae persecutionis
in Hispania una cum fratre Paulo, sacer-
dote dioecesano, in pago nativo domi dege-
bat. Simul comprehensi, mane diei XX men-
sis Augusti anno MCMXXXVI Herdae oc-
cisi sunt. V. Sacerdos Paulus Segalá

*Solé natus est in pago Montgay, Her-
dae, die XVIII mensis Octobris anno MCM-
III. Adhuc puer ingressus est scholam
apostolicam Fratrum Minorum. Dein-
de studia coepit in Seminario diocesa-
no Urgellensi, ubi excelluit diligentia stu-
dii et formationis. Die II mensis Junii anno
MCMXXVIII presbyter ordinatus est et mi-
nisterium sacerdotale variis in locis dioe-
cesis Urgellensis exercuit. Die VIII mensis
Augusti anno MCMXXXVI paternam do-
mum, ubi una cum fratre Francisco mora-
batur, invaserunt milites communistarum,
eos quaerentes ac minantes se familiares oc-
cisuros nisi duo fratres sacerdotes reppe-
rarentur. Ipsi autem tradiderunt se suis car-
nificibus, laetantes quod fidem suam testi-
ficari possent. Iniuste detenti in carcere us-
que ad diem XIX mensis Augusti, summo
mane die XX mensis Augusti una cum plu-
rimis aliis sacerdotibus et religiosis apud*

coemeterium Ilerdae occisi sunt ac postea in
communi fovea sepulti. Fama martyrii Servo-
rum Dei acti tempore persecutionis religiosae
in Hispania, quae tot agmina corripuit, ce-
leriter diffusa est atque viva permansit. Qua-
propter anno MCMLXII Processus Informa-
tivus peractus est, cuius validitas a Congre-
gatione de Causis Sanctorum approbata
est per Decretum die XIX mensis Novembris
anno MCMXCIX datum. Die IV mensis De-
cembris anno MMX Consultores theologi e-
dixerunt hos Servos Dei verum martyrium
esse passos. Idem iudicarunt Patres Car-
dinales et Episcopi, congregati in Sessio-
ne Ordinaria die VII mensis Maii anno
MMXIII. Demum Nos Ipsi die III mensis Ju-
nii eiusdem anni facultatem dedimus ut
Congregatio de Causis Sanctorum Decre-
tum de martyrio promulgaret. Insuper
statuimus ut sollemnis ritus beatificationis
Tarracone in Hispania die XIII mensis Oc-

tobris eiusdem anni celebraretur. Hodie
ergo Tarracone de mandato Nostro Ve-
nerabilis Frater Noster Angelus S.R.E.
Cardinalis Amato, S.D.B., Praefectus
Congregationis de Causis Sanctorum, tex-
tum Litterarum Apostolicarum legit, qui-
bus Nos Venerabiles Servos Dei Joannem
a Jesu Vilaregut Farré et Illi Socios, ex Ordi-
ne Fratrum Discalceatorum Beatae Ma-
riae Virginis de Monte Carmelo, necnon
Paulum Segalá Solé, presbyterum dioece-
sanum, martyres, in Beatorum numerum
adscribimus: Nos, vota Fratrum Nostro-
rum Jesu García Burillo, Episcopi Abu-
lensis, Alfonsi Milián Sorribás, Episco-
pi Barbastrensis - Montisonensis, Aloisii
S.R.E. Cardinalis Martínez Sistach,
Archiepiscopi Barcinonensis, Marii
Iceta Gavicagogeascoa, Episcopi Fla-
viobrigensis, Iosephi Emmanuelis Lor-
ca Planes, Episcopi Carthaginensis in

Hispania, Antonii Angeli Algora
Fernando, Episcopi Civitatis Rega-
lensis, Demetrii Fernández González,
Episcopi Cordubensis, Iosephi Mariae
Yanguas Sanz, Episcopi Conchensis,
Raimundi del Hoyo López, Episcopi
Giennensis, Joannis Piri Frigola, Episco-
pi Herdensis, Antonii Mariae S.R.E. Car-
dinalis Rouco Varela, Archiepiscopi Ma-
tritensis, Jesu Stephani Catalá Ibáñez,
Episcopi Malacitani, Salvatoris Gimé-
nez Valls, Episcopi Minoricensis, Atti-
lani Rodríguez Martínez Episcopi Se-
guntini-Guadalaiaensis, Jacobi Pujol
Balcells, Archiepiscopi Tarraconensis,
Iosephi Angeli Saiz Meneses, Episco-
pi Terrassensis, Caroli Emmanuelis E-
scribano Subías, Episcopi Terulensis et
Albarracinensis, Braulii Rodríguez
Plaza, Archiepiscopi Toletani, Henrici
Benavent Vidal, Episcopi Dertosensis,

Caroli Osoro Sierra, Archiepiscopi Valentini, necnon plurimorum aliorum Fratrum in Episcopatu multorumque Christianifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Servi Dei: Iosephus Maximus Moro Briz et IV Socii, presbyteri dioecessani; Maurus Palazuelos Maruri et XVII Socii, ex Ordine Sancti Benedicti; Jacobus Puig Mirosa et XVIII Socii, e Congregatione Filiorum Sacrae Familiae Iesu, Mariae et Ioseph, necnon Sebastianus Lorens Telarroja, laicus; Maria a Monte Serrato ~ in saeculo: Iosepha Maria Columnaris Garcia Solanas ~ et VIII Sociae, religiosae professae Instituti Minimorum Discalceatarum Sancti Francisci de Paula, necnon Lucretia Garcia Solanas, laica et vidua; Mauritius ~ in saeculo: Alexander ~ Iniguez

de Heredia & Alzola et XIII Socii, religio-
si professi ex Ordine Hospitalario Sancti
Joannis de Deo; Josephus Guardiel Pujol,
presbyter dioecesanus; Raimundus Joa-
chimus Castaño González et Josephus Ma-
ria González Solís, presbyteri professi ex
Ordine Fratrum Praedicatorum; Anto-
nius Faúndez López, presbyter, et unus
Socius, professi ex Ordine Fratrum Mi-
norum, necnon duo presbyteri dioecesani;
Fermenegildus ab Assumptione B. M. V.
~ in saeculo: Fermenegildus Iza y Are-
gita ~ et V Socii, ex Ordine Sanctissimae
Trinitatis; Carmelus & Maria Moyano
Linares et IX Socii, presbyteri professi ex
Ordine Carmelitarum; Josephus Xavier
Gorosterratzu et V Socii, e Congregatio-
ne Sanctissimi Redemptoris; Emmanuel
Basulto Jiménez Episcopus Giennensis,
III presbyteri eius, seminarista et unus lai-
cus; Victoria a Jesu ~ in saeculo: Franci-

sca Agnes Maria ab Antiqua Valverde González, religiosa Pii Instituti Calasanciani Filiarum a Divina Pastora; Salvius Flux Miralpeix, Episcopus Merdensis; Iosephus Nadal i Guin et Iosephus Jordán Blecua, presbyteri dioecesani; Ioannes a Jesu ~ in saeculo: Vilaregut Farré ~ et III Socii, ex Ordine Fratrum Discalceatorum Beatae Mariae Virginis de Monte Carmelo, necnon Paulus Segalá Solé, presbyter dioecesanus; Marianus Alcalá Pérez et XVIII Socii, ex Ordine Beatae Mariae Virginis de Mercede Redemptionis Captivorum; Chrysanthus ~ in saeculo: Casimirus González García ~, Aquilinus, Cyprianus Iosephus et LXIII Socii, ex Instituto Fratrum Maristarum a Scholis, necnon Raimundus Femilianus Hortelano Gómez et Iulianus Aguilar Martín, laici; Emmanuel Sanz Domínguez, pres-

byter professus et reformator Ordinis
Sancti Hieronymi; Andreas a Pala-
zuelo ~ in saeculo: Michael Franciscus
González ~ et XXI Socii, ex Ordine Fra-
trum Minorum Capuccinorum; Theo-
philus Fernández de Legaria Goñi et
IV Socii, presbyterii professi e Congrega-
tione Sacrorum Cordium Jesu et Ma-
riae necnon adorationis perpetuae Ss.
Sacramenti altaris; Alibertus Maria
Marco Alemán et VIII Socii, ex Ordine
Carmelitarum ab Antiqua Observan-
tia, necnon Augustinus Maria Gar-
cía Tribaldos et XV Socii, ex Instituto Fra-
trum Scholarum Christianarum; Oren-
tius Aloisius ~ in saeculo: Antonius So-
la Garriga ~ et XVIII Socii, ex Instituto
Fratrum Scholarum Christianarum, nec-
non Antonius Mateo Salamero, presby-
ter dioecesanus, et Iosephus Gorostazu
Labayen, laicus; Melchiōra ab Ado-

ratione Cortés Bueno et XIV Sociae, e
Societate Filiarum a Caritate Sancti
Vincentii de Paul; Aurelia ~ in saeculo:
Clementina ~ Arambarri Fuente et III
Sociae, religiosae professae Congregatio-
nis Servarum Mariae Ministrantium
Infirmis; Maria Assumpta ~ in saeculo:
Fulcianna González Trujillano ~ et II So-
ciae, religiosae professae Congregationis
Missionariarum Franciscalium a Ma-
tre Divini Pastoris; Joannes Euguet Car-
dona, presbyter dioecesanus; Iosephus
Maria Ruiz Cano, Iesus Hannibal Gó-
mez, Thomas Cordero Cordero et XIII So-
cii, e Congregatione Missionariorum
Filiorum Immaculati Cordis B. M. V.;
Emmanuel Borrás i Ferré, Episcopus
Auxiliaris Tarraconensis, Agapitus
Modestus ~ in saeculo: Modestus Pam-
plona Falguera ~, ex Instituto Fratrum
Scholarum Christianarum, et XLV So-

cii, presbyteri et Seminarii alumni dio-
cesani, necnon religiosi ex Instituto
Fratrum Scholarum Christianarum,
ex Ordine Fratrum Discalceatorum
Beatae Mariae Virginis de Monte
Carmelo, ex Ordine Sancti Benedicti,
ex Ordine Fratrum Minorum Capuc-
cinorum, e Congregatione Missiona-
riorum Filiorum Immaculati Cordis
B. M. V., e Tertio Ordine Carmelitarum
a Magisterio; Fortunatus Velasco To-
bar et XIII Socii, e Congregatione Mis-
sionis; Joachimus Jovani Marin et XIV
Socii, e Sodalitate Sacerdotum Opera-
riorum Dioecesanorum Cordis Jesu;
Richardus Gil Barcelón, presbyter
professus e Congregatione Parvi Operis
a Divina Providentia, necnon Anto-
nius Arruê Peiró, laicus; Josepha Mar-
tinez Pérez et XI Sociae, e Congregatio-
ne Filiarum a Caritate, necnon Dolo-

res Broseta Bonet, laica; qui in Hispania vicesimo saeculo sanguinem suum effuderunt ad testimonium perhibendum Domino Iesu, Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum die sexta Novembris in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Quod autem decrevimus, volumus et nunc et in posterum tempus vim habere, contrariis rebus quibuslibet non obstantibus. Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XIII mensis Octobris, anno MMXIII, Pontificatus Nostri primo.

Loco Secretarii Status

+ Petrus Pauli

Antiepius tit. Aquipendium

